

WS 1724

LECTIONES PUBLICAS  
ET PRIVATAS  
PER INSTANS SEMESTRE AUTUMNALE  
ET HIBERNUM.  
IN ACAD. LUDOVICIANA  
DEO DUCTE ET ALISPICE HABENDAS.

RECTOR  
JO. CASIMIRUS  
HERTIUS

BOTANIC. ANAT. ET CHIRURG.  
P.P. ORDIN.

UNA CUM UNIVERSO  
SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDULO AUDIENDAS  
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM  
FACULTATUM STUDIOSOS PERAMANTER

INVITAT

D. XXIV. SEPTEMBRIS ANNO MDCCXIV.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

---

GIESSAE,

TYPIS VID. IO. REINH. VULPH, Acad. TYPOGR.

¶

## IN FACULTATE THEOLOG. JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Theol. D. & P. P. Primarius.

**I**N *Lectionibus Publicis Epistolam Pauliad Titum methodo exegetica porismaticâ & homileticâ absolvet. In privatis Theologiam Bibliam continuabit, simulque utilissimam ad Historiam Ecclesiasticam introductionem juxta ductum Compendii Rechenbergiani inchoabit, nemini suâ operâ ullâ in parte defuturus.*

**JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,**  
*SS. Theol. D. & Prof. Ord. Consist. Ecclesiast. Assess. & territor.*  
*Darmstadt. Marburgens. Superint.*

**L**ectiones *privatas, theticas æque ac polemicas*, Deo benigne favente continuabit: *publicas autem, desiderio Dunn. Auditorum satisfactus, ita dispescet, ut quorundam dierum horas exponendæ, & ab Indifferentiarum injuriis vindicandæ, Formule Concordia, quorundam vero, dogmatibus in ea contentis, ex ipso Scripturarum S. fonte uberioris diluidis, dextreque dijudicaudis, opera veritatem amantes haud pœnitenda, impendere liceat.*

**JOH. GOTTOFREDUS SCHUPART,**  
*SS. Theol. P. P. O. Confessoris Princip. Adseffor & Diœces.*  
*Alsfeld. Superintendens.*

**L**ectiones cum Exegeticas, rum Positivo-Polemicas, nec non disputations hebdomadales omni sedulitate continuabit, & alias, quibuscumque poterit modis, votis atque desideriis Domini cum Commilitonum occurret.

**JOH.**

## JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. ejusdemque Professor Publ. Extraordin.

**L**oco Lectionum publicarum superiori anno nonnullas ex A.C. petitas theses, hodie præsertim controversias proposuit, quem laborem hebdomadalem in A.C. Apolog: sedulo continuabit. Privatim regularum exegeticarum, hucusque explicatarum, debitam praxin homileticam tradet, nec iis deerit, qui Historia Ecclesiastice amatores sunt.

## IN FACULTATE JURIDICA:

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consiliar. Hasso-Darmstadin. Jur. Profess. Publ.  
Ordinar. Acad. Syndicus.

**I**N Lectionibus Publicis, nullâ feriarum habitâ ratione, Collegium Iuris Feudalis ad Strykii Examen continuabit.

Privatim Oeconomiam Principum atque Statuum Imperii, ex auro Vit. Ludovici à Seckendorff Libello, vulgo Fürsten, Staat / expónet; in cæteris ad desideria Dnn. Auditorum se admodicaturus.

## JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Consiliar. Hasso-Darmstad. & Jur. Prof. Ordin.

**P**Andeas intra breve tempus absolvendas denuo publice privatimque sic auspicabitur, & ad ductum Compendii Lauterbachiani pertractabit, ut privatim eas strictius explicaturus, publice vero potiores controversias fusius pertractaturus, propositisque succinctis ad disputandum positionibus ventilaturus sit, nisi dilato hoc labore ad futurum semestre aestivum interim Institutionale Collegium vel alia in parte jurisprudenciae operam ipsius desiderare magis placuerit.

## IO. DANIEL GRVBER, D.

Sereniss. Landgrav. Hass. Darmstad. Consiliarius & Iur.  
Prof. Publ. Ordinar.

Praelectionibus publicis Canonicis, absolute tractatione de iure personarum,

narium, explicabit titulos de iure rerum ecclesiasticarum ex institutionibus Fleurianis hor. IX. Priuatim hor. X. iuncta II. doctrinam Pandectarum III. Boehmeri, vel, si malint auditores, Sanguini jurisprudentiam forensem; & hor. XI. prodromum iuris publici denuo interpretabitur. Hor. III. historiam S. R. I. Germanicam, ductu compendii Schmaussiani, tanquam fontem iuris Germanici, qua priuati, qua publici, & hor. IV. ipsam iuris publici prudentiam, duce Hornio, diligenter pertractabit, operamque dat, ut nundinis paschalibus ad calcem perducantur singulæ prælectio-nes, quas, propitio diuino Numinis, a. d. IX. Octobr. auspicabitur.

## JO. FRIDERICUS KAYSER,

J. V. D. & P. P. Ord.

PER instans semestre brumale publice ad Institutiones Justinianas commentabitur: *privatis lectionibus*, praeter Collegia iam copta, quae debita cum diligentia ad finem perducere non desistet, jus publicum quoque ad introductionem Schwederianam, de novo explicabit, aliaque Collegia pro desiderio Dnn. Commilitonum lubens aperiet.

## JO. FRIDERICVS WÄHLI

Prof. Jur. Extraord. nec non Facultat. Jurid. Assessor.

LEctiones publicas ad institutiones D. Justiniani continuabit, quibus ad finem perductis, Georg. Adami STRUVII Jurisprudentiā forensem interpretabitur, singulisque septimanis exercitium disputatorium junget; *privatas* quoque lectiones ad desiderium Dnn. Studiosorum ita accommodabit, ut praeter collegia ad institutiones & pandectas de no-vo aperienda, omnes totius legitimæ scientiæ partes, justo ordine intra triennium absolvere queat.

## IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

hujusque Prof. & Archiater Haslo-Darmst. Primar.

UBi otium aulicum ipsi permitte versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatrorum conatus promovere poterit.

D. MICHAEL

D. MICH. BERNHARDVS VALENTINI,  
*p.t. Decanus Facult. Med.*

PRO continuatione argumenti de itineribus Philiatrorum Germanorū,  
D. Christiani Joh. Langii valetudinarium peregrinantium publicè  
explicabit; Privatoe inter parietes materiam medicam ipsamque Pra-  
xirexaminando tractaturus.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,  
*P.P.O.*

PUBLICè, quam primum per occupationes, quibus nunc impeditur li-  
cuerit de Medicamentis evacuantibus ager. Privatim vero Collegium  
anatomicum aperiet; Compendii Heisteriani in eo seriem secuturus.

IO. MELCHIOR VÉDRIES,  
*D. Medicin. PP. Ordinar.*

PUBLICè doctrinam de natura hominis & de motibus vitalibus, & ani-  
libus expendet. Privatim in Collegiis, Practico & Institutionalí, se-  
culo perget. Selectiora etiam themata, si Respondentes fuerit natus,  
publicis dissertationibus examinanda proponet.

JO. THOMAS HÉNSING,  
*Med. D. ejusdemque Prof. Extraord.*

PUBLICè in Explicatione morborum Mulierum perget, & quampri-  
mum eam ad finem perduxerit, morbos Infantum pertractabit. Pri-  
vatim collegium Consultatorium continuabit, neque in aliis Medicinae  
partibus studium & operam desiderantibus denegaturus.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,  
*Med. D. & Prof. Publ. Extraord.*

PUBLICè in Georgii Philippi Nenteri Fundamenta Medicina Theoretico-  
Practica commentabitur. Privatim vero Cursum Medicum iam-  
dum cœptum continuabit.

# INFACULT. PHILOSOPHICA,

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

*Med. & Phil. Experim. Prof. P. Ord.*

**I**N lectionibus privato - publicis historiam Muscorum celebriorum proponet & exoticorum illic occurrentium usum medicum, DEO T. O. M. vires sanitatemque indulgente, sedulè & fideliter aperiet.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

*Eloqu. & Poës. Prof. Ord. Academ. Bibliothecae.*

Praefectus.

**P**ublicis laboribus annotationes suas in Cl. STR VII introductionem in notitiam rei litterariae & usum bibliothecarum absolvet : inde progressurus ad ea, quae utriusque eloquentiae cultoribus maxime fru-  
tuosa deprehendet. Quin etiam aditum ad bibliothecam more foli-  
to die Mercur. hora pomerid. II. aperiet, nec orationes publice habitu-  
ris deerit. Addet priuatim, DEO fauente, Collegium stili epistolicum  
& oratorium, in utraque lingua, & illustrioribus item argumentis, pra-  
eticum : operam insuper dando, vt in selectis OVIDII elegiis artifi-  
cium non solum monstret, sed etiam praxi exprimere doceat.

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

*Mathematum Prof. P. Ordinarius.*

**P**ost explicatam doctrinam Sphæricam ineo erit, vt Observationū pu-  
blice instituendarum, quotiescumque sudum erit, habeatur ratio. Pri-  
uatim clementa sua, nuper cum titulo *Mathematische Grundsätze*,  
inpressa, denuo explicanda resumet, & illa, quæ *Artilleriam, Architectu-  
ram Militariam*, vt *civilem* sistunt, & scientias reliquas continuabit, nec  
non *Geographiam historicam*, præsenti æquo applicatam strenue incul-  
cabit.

IO.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum, litterarum Graecarum, & LL. OO.

Professor ordinarius.

IN Aeliani variam historiam publicis präelectionibus commentari perget; priuata opera desiderium & frequentiam auditorum exspectabit.

JO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Philos. Natur. P. P. Ordinari.

Publice Dissertationes ad Physicam specialem continuabit. Privatum, absolutis paucis, quæ in Cursu Physico restant, capitibus, vel eandem telam de integro pertexendam resumet; vel partes quasdam nobilissimæ hujus scientiæ specialius & uberiorius pertractabit, si vota & desideria Nobiliss. DN. DN. Commilitonum id ipsum expetere compertum habuerit.

JOH. CONRADUS ARNOLDI, D.

Log. & Metaph. Prof. Ord.

IN exponenda veteris & novæ philosophandi rationis, circa Logicam & Metaphysicam, convenientia & discrepantia, nec non monstrandis hinc emergentibus commodis ac incommodis, B. c. D. publice hora IX. perget, proposita quoque thesibus conceptis, modo respondentes fuerint, disputando ventilanda exhibebit. Privatas Lectiones uiri uique hujus discipline porro ex usu Dnu. Auditorum, ad Facultates, quibus dicti sunt, applicando, moderabitur. Theologia Naturalis principia monstrabit, addetque Collegium Hermeneanticum, exemplis historicis ac bibliis illustrandum.

SEBASTIANUS MASSON, P.

Quae tractatur hucusque diuetsis horis Iuris naturae & gentium Collegia, & vero expediri prorsus non possunt angustiora temporis spatia; ea porro, praeter priuatissimos qui sibi incumbunt labo-

res, sedula vrgebit opera ac maturabit. Nouos itidem intra hoc ipsum semestre cum ad eandem disciplinam, tum ad doctrinam etiam ciuilem aliasue muneri sub cohaerentes studiorum partes, si sint qui desiderent, libenter instituet congressus; nihil habens antiquius, qnam vt in iis quae sibi sunt commissa, Commilitonum suorum conatibus, vel explicando, vel examinando, vel disputando, quoque tandem modo, seu publica seu priuata industria quam promissime valeat subsidiari.

### CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS, Histor. Profess. P. Ord.

PUBLICIS p̄electionibus H. Mascampii Tabulas Chronologias illustrabit, priuatim Historiam Ecclesiasticam adductum A Reichenbergii tradet, alia quoque superioris anni Collegia Historica repetiturus.

### D. JOH. THOMAS HENSING, Philos. Natur. Chem. Prof. P. Ord.

PUBLICÈ cursus Chemicî telam, quam cœpit, Thesibus Experimenta selectissima jungendo, pertexet. Privatim vel Collegium Pharmaceutical vel Docimasticum, iis, quibus talia profunt, aut placent, offert.

### CHRISTOPH. LUDOVICVS RÜDIGER, Prof. P. Extraord.

TRIPLOI ianua ad uniuersæ Philosophicae eruditionis adita, vna dogmatica, altera litteraria, ultima denique historica, sua opella & usus introducere, denuo occipiet. Ad haec Criticae S. moderatum ac pius Studium, Theologis praecipue, non utile modo & quam maxime sed necessarium esse, in p̄electionibus ad B. Pfeifferi Critic. S. demonstrabit. De reliquo desideriis Nobiliss. Dnn. Commilitonum totum se concedens,